



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 13. Epistola ad Imperatorem Legati Apostolici nomine data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

scilicet omnes omnium Principum Legatos in Europa immunitate gaudere, inde evelli potuerit. Ad hæc Legatus lacrimarum, dolorisque vehementia oppressus respondere præpediebatur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.

§. XIII.

*Epistola ad Imperatorem Legati Apostolici nomine data.*

Augebantur Legati angustiae, animique cruciatus, dum Imperator in alio colloquio declarabat, quod cuncta circa Sinenses ritus inter se & Papæ Legatum ab adventu Tolo (\*) usque huc agitata ex actis in Archivo repositis ad synopsis reducere, & diplomatribus linguis eo fine conficere decreverit, ut id in universum Orbem mitti posset, illudque per Moscoviæ Oratorem, uti Hic jam pollicitus esset, præcipue in Europa disseminaretur: Insuper omnes Europæos adesse iussit, eisque præcepit, ut hanc Synopsis latine redderent, eamque genuinam esse testarentur; Nominabantur etiam duo, qui hoc scriptum Romam deferrent, his peractis, *nolo*, addebant Imperator, *hac in causa judicem agere, dijudicent illam Europæi*, quibus dictis Eunuchus Mandarinum *Tjong - tou* & Patrem

D 2

trem

(\*) Id est Cardinalis de Tournon.

Sæc. XVIII. trem Pereiram Legati Interpretem tor-  
A. C. 1721. vo vultu aspiciens, eis nomine Impe-  
 ratoris denuntiabat, illos mortis reos  
 esse, eoquod Imperatorem decepissent,  
 eique insinuassent, quod ea, quæ Pon-  
 tificius Legatus proponenda haberet,  
 Majestati suæ nullum fastidium sint  
 procreatura. Hæc Imperatoris decla-  
 ratio Legatum summo affecit mærore,  
 cui familiæ suæ Missionarii suadebant,  
 ut salvo suo honore potius in Europam  
 reverteretur, quam suam dignitatem  
 tot ludibriis, atque ærumnis sine ulla  
 optati successus spe, imo non sine ma-  
 nifesto frustrationis periculo exponeret:  
 Jesuitæ etiam turbidam rerum vicissi-  
 tudinem deplorantes promptum tot  
 malis Missioni jamjam agonizanti im-  
 minentibus remedium opponi, omnino  
 necessarium esse asserbant, ne Lega-  
 tus ad destruendam, non vero ad re-  
 parandam Missionem in Sinas venisse  
 videretur: eapropter in id omni ope  
 & opera incumbabant, ut Legatum  
 vel ad differendam Constitutionis exe-  
 cutionem, vel ad illam temperandam  
 adigerent; hoc enim unicum ad pla-  
 candam Imperatoris iram superesse me-  
 dium, dicebant, quinimo Pater Murao  
 in genua provolutus, per Jesu Christi vi-  
 scera Legatum rogabat, ut sua auctoritate  
 uteretur & Imperatoris indignationem  
 miti-

mitigare, ac tot animarum, totiusque Sæc. XVIII.  
 Missionis ruinam præcavere haud cun- A. C. 1725.  
 ctaretur. Ad hæc Legatus animo concidit, ast sibi tandem redditus respondit, se ad prævertendum Missionis detrimentum cuncta adhibitorum media, quæ tuta conscientia & salva factaque Constitutione posset, circa hanc vero manus sibi esse ligatas, haud ultra ergo de illius suspensione vel moderatione mentionem facerent: remedium enim ipso malo pejus proponi: alia ergo magisque opportuna suggererent, ac scriptotenus traderent consilia: Jamjam Pater Murao quædam conscribere parabat, cum Pater Raynaldus Maria a S. Joseph novas Legato insidias strui veritus, scribentem interromperet, ab eo veniam petens scribendi ea, quæ ad Imperatorum placandum ipse necessaria censeret. Hic ergo Legati nomine hanc conscripsit epistolam.

„Carolus Ambrosius Patriarcha Alexandrinus humiliter rogat Majestatem vestram, ut dignetur parcere omnibus Europæis, & nostræ sanctæ religioni, & suspendere diploma, quod per Moscoviam & alias Mundi partes mittere decrevit, Ego omni sollicitudine ibo ad summum Pontificem, eique referam clare sensus tam a Majestate sua intellectos, quam mihi per Man-

D 3

„dari-

Sæc. XVIII. „darinos sæpius intimatos. Interim  
 A. C. 1721. „rem nullam innovabo, nullum actum  
 „faciam, & res, prout sunt relinquam,  
 „ceteraque omnia, quæ tum a Maje-  
 „state vestra, tum ab Excellentissimis  
 „Mandarinis nomine Majestatis suæ  
 „mihi indicata sunt, fideliter exponam.  
 „Porrigo humillimas insuper preces  
 „Majestati vestræ, ut assignet homines,  
 „qui mecum veniant, & audiant, qua  
 „fidelitate omnia repræsentabo summo  
 „Pontifici, ut de hoc possit certificari  
 „Majestas vestra, sicuti certiosem facio  
 „M. V. quod, quantum in me est, quæ-  
 „ram honorem, ut iterum reversurus  
 „possim me ante conspectum suum  
 „sistere.,,

Hanc epistolam Legatus, omnes-  
 que ferme Europæi approbabant, ex  
 Missionariis tamen quidam existimabat,  
 his verbis, *nullum actum faciam, nihil  
 innovabo, res, prout sunt, relinquam,*  
 suspensæ Constitutionis umbram præ-  
 ferri: cum tamen hæc verba, *nullum  
 actum faciam* a Patre Raynaldo ideo dun-  
 taxat posita sint, ut Imperatori insinue-  
 tur, quod Legatus circa lapidem *Kin  
 Tien*, quem Imperator per ironiam au-  
 ferri præceperat, nil novi moliri in-  
 tendat; his autem verbis: *res prout  
 sunt, relinquam,* indicetur, quod Con-  
 stitutionem in suo vigore, quo nunc  
 est,

est, relinquat: Eapropter huic Epistolæ Sæc. XVIII.  
 Legatus suum apposuit chirographum, A. C. 1721.  
 & sequentes Missionarii hoc modo sub-  
 scripsere: *Et nos demissa fronte unanimi-  
 ter subscripti idem a Clementia Majestatis  
 vestræ cum lacrimis supplicamus, Joseph  
 Suarez, Joachimus Bouvet, Franciscus  
 Cardoso, Joannes Murao, Josephus Pe-  
 reira, Honoratus Ferrarius, Philippus  
 Maria Cesatus, Benedictus Roveda, F.  
 Raynaldus Maria a S. Joseph, F. Joannes  
 Dominicus Fabrus, F. Wolfgangus a Na-  
 tivitatem B. V. & Matthæus Ripa.*

## §. XIV.

*Legatus denuo ad Imperatoris allo-  
 quium admissus.*

Paulopost Imperator libellum con-  
 scribi jussit, in quo omnia ad Le-  
 gatum hucusque dicta, cunctaque ejus  
 edicta succincte continebantur: paulo-  
 post Legatum cum suis Missionariis ad-  
 esse jussit, eique per Eunuchum *Cinsu*  
 exposuit, quod Imperator percepisset,  
 eum ingenti afflictione pressum esse,  
 quapropter miseratione commotus  
 ipsum denuo ad sui alloquium admit-  
 tere decrevisset: his dictis Imperator  
 Pedrinio, militibus stipato propius ad  
 thronum accedere, eorumque, quæ  
 Legato expositurus esset, interpretem

D. 4

agere